



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus  
voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. I. Prima pars quæsitæ resolvitur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77132)

id est ab extrinseco & à posteriori colligeretur destructa) tamē ad illā quidditative cognoscendam, non requiritur quod in particulari constet, hanc vel illam creaturam esse possibilem (alioquin, ut supra dicebamus, deberent cognosci omnes creaturæ possibilem in particulari; cum non sit major ratio cur una potius debeat cognosci ut possibilem, quam altera) sed sufficit quod constet totam collectionem creaturarum in communi esse possibilem, & nullam ex illis reddi posse impossibilem.

84. **Objicies** secundo: Si daretur aliqua visio beata, quæ nullam creaturam in particulari videret, talis visio esset omnium possibilem minima, nullumque haberet gradum intentionis: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: Visio beata dicitur major vel minor, intensior aut remissior, ex hoc quod plures vel pauciores creaturas possibilem in essentia divina clarè vita cognoscat: Ergo si sit possibilem aliqua, quæ nullam omnino in particulari attingat, erit omnium minima, & absque ullo gradu intentionis.

Respondendo, negando sequelam Majoris, intensio enim vel remissio visionis beatificæ, non attenditur solum penes hoc quod plures vel pauciores creaturas possibilem in essentia divina cognoscat, sed etiam penes hoc quod magis vel minus clarè essentiam divinam, ejusque attributa videat: unde si daretur aliqua visio, quæ nullam creaturam possibilem in particulari cognosceret, non esset tamen omnium minima, quia possunt dari alia, quæ minus clarè & perfectè divinam essentiam, ejusque attributa cognoscerent.

85. **Ad perfectam** tamen nostræ assertionis intelligentiam, & plurium argumentorum solutionem, observandum est, quod licet Deus ut in se est videri possit, nullā visā creaturā possibilem in particulari; non potest tamen quidditative cognosci, nisi videatur ratio entis possibilem & creabilis in communi; necessarium enim videri debet ejus omnipotentia, scientia simplicis intelligentiæ, & eminentialis continentia creaturarum, quæ sine ratione entis creabilis & possibilem in communi cognosci nequeunt. Item non potest videri in Deo ratio ideæ & exemplaris, nisi videatur ideatum in communi, & ipsa divina essentia, ut imitabilis & participabilis à creaturis.

## ARTICULUS VII.

*Quas creaturas de facto beati videant in verbo, & unde diversitas eas videndi proveniat?*

## S. I.

*Prima pars quæstionis resolvitur.*

**D**ico primò: Beati vident in verbo omnia mysteria nostræ fidei.

86. **Probatur** conclusio primò quia visio beatificæ est dos animæ, succedens fidei; sicut comprehensio spei, & sequitur charitati; unde ea omnia quæ nobis hinc obfcurè revelantur per fidem, beatis in patria manifestantur in verbo, juxta illud prophetæ Psal. 47. *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum.* Cui etiam consonat illud Augustini 20. de civitat. cap. 21. *Quid videmus nisi Deum, & omnia illa quæ nunc non videmus credentes?*

**Secundò**, Propositis rebus fidei, justè & rationally quilibet fidelis deiderat illas videre: unde cum beatitudo sit perfectè quies, & integra satietas omnium iustorum desideriorum, beati in essentia divina clarè visā, vident omnia mysteria quæ hic in via per fidem crediderunt.

**Tertiò**, Cum Theologia nostra sit subalternata scientiæ Dei & beatorum, & scientia subalternata appetat ad sui perfectione conjungi subalternanti, & in tali conjunctione habere evidentiam suorum principiorum, ut exposuimus art. 2. disputationis proemialis: oportet quod Theologia nostra habeat in patria evidentiam mysteriorum fidei, quæ sunt principia ex quibus (ut est in nobis viatoribus) suas conclusiones deducit.

**Advertendum** tamen est primò, quod licet beati videant in verbo omnia mysteria fidei, quantum ad substantiam, non tamen est necessè, quod illa videant, quantum ad omnes circumstantias temporis & loci, ut constat de resurrectione, & ultimo judicio, de quo dicitur Marci 13. *De die autem illa nemo scit, neque Angeli Dei in celo.* Item licet Angeli à principio suæ beatitudinis cognoverint in verbo mysterium Incarnationis, quantum ad substantiam, ut docet Thomas 1. p. quæst. 57. art. 5. ad 1. & 2. quæst. 2. art. 7. ad 1. non tamen secundum omnes rationes, aut circumstantias illius, sed processu temporis de illo fuerunt edocti, non quidem intra verbum (cum visio intra verbum invariabilis sit, & non crescat successu temporis, ut infra dicemus) sed extra verbum, per speciales revelationes & illustrationes. Unde S. Dionysius 7. cap. celestis Hierarchiæ inducit celestes mentes, quæstionem facientes animæ Christi, de suscepto pro nobis opere, & ipsum Jesum eas docentem ac illuminantem.

**Advertendum** est etiam, illa mysteria quæ in unico tantum individuo complentur, ut mysterium Incarnationis, maternitas Beatæ Virginis, & similia, visio in uno individuo in essentia divina videri; illa verò quæ complentur in pluribus individuis, licet videantur omnia, non tamen videbuntur in unoquoque individuo. Et sic licet omnes beati videant sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, non tamen vident omnes hostias quas quotidie consecrant sacerdotes. Et quamvis omnes videant mysterium Resurrectionis, non tamen videbunt omnes resurrecturos, saltem omnes damnatos: nam quantum ad beatos, rationabile est ut se omnes videant, & diligant, utpote socios, & confortes ejusdè beatitudinis.

**Dico** secundò, Quilibet beatus videt in essentia divina totum universum, prout includit suas partes principales, ut cælum, & elementa, ac omnia genera, omnesque species rerum creaturarum, tam spiritualium, quam corporalium, cum ipsarum proprietatibus; & tandem omnia singularia, quæ per se pertinent ad ornatum & perfectionem universi, & sunt partes principales illius. Ita docet D. Thomas hic art. 8. ad 4. his verbis: *Naturale desiderium rationalis creature est ad sciendum omnia illa quæ pertinent ad perfectionem intellectus. Et hæc sunt species & genera rerum, & rationes earum, quæ in Deo quilibet videbit videns essentiam divinam.*

**Luculentius** eandem veritatem declarat contra Gentes cap. 5. oratione 1. his verbis. *Quia visio divine substantiæ est ultimum finis cuiuslibet intellectualis substantiæ; omnis autem res cum pervenerit ad ultimum finem, quiescit appetitus eius naturalis, oportet*

aperitur, quod appetitus naturalis substantia intel-  
 lectus divinam substantiam videns omnino quiescat.  
 Est autem appetitus naturalis intellectus, ut cognoscatur  
 omnium verum genera, & species, & virtutes, & or-  
 dum universi ordinem; quod demonstrat humanum  
 studium ex ea singula predictorum: Quilibet igitur di-  
 vinam substantiam videns omnino quiescat supra  
 dicta. Quibus verbis, & docuit, & probavit no-  
 stram conclusionem, quam ibidem ratione tertiâ  
 confirmat, ex eo quod Dominus Moysi petenti  
 divinam substantiam visionem respondit, Ego  
 ostendam tibi omne bonum. Et ex illo magno Gre-  
 gorij dialogorum cap. 8. Quis est quod nesciant  
 qui scientem omnia sciunt, quod salte intelligi de-  
 bet de omnibus quæ pertinent ad hoc universum.

Ex quibus colliges primò, quod cum ex D.  
 Thoma omnes Angeli distinguantur specie ab  
 invicem, quilibet beatus videt omnes & singu-  
 los Angelos, non solum bonos, quos videt etiam  
 titulo societatis beata, sed etiam malos & dam-  
 natos. Videbit etiam quilibet beatus in cælis  
 omnia sidera, stellas, omniumque corporum  
 celestium constitutiones & motus: sive distin-  
 guantur specie (quod probabilius est) sive solum  
 distinguantur numero, ut aliqui volunt,  
 quia hæc pertinent ad ornatum & integritatem  
 universi, & sunt partes principales illius.

Colliges secundò, quod quia singularia materia-  
 lia & corruptibilia, non pertinent simpli-  
 citer ad perfectionem universi, nec intenduntur  
 per se primò, sed tantum secundariò, & propter  
 conservationem speciei quæ in uno individuo  
 corruptibili conservari non potest, illa omnia  
 non cognoscuntur à beatis in verbo, nisi forte  
 spectent ad eorum statum. Unde S. Thomas hic  
 art. 8. ad 4. Cognoscere singularia non est de perfe-  
 ctione intellectus creati, nec ad hoc eius naturale desi-  
 derium tendit.

Dico tertiò: Beati vident in verbo ea quæ  
 pertinent ad proprium statum: non tamen omnia,  
 sed aliqua cognoscunt extra verbum, per  
 revelationem & illuminationem.

Prima pars probatur: Ut enim supra diximus,  
 beatitudo perfecte satiare debet omnem ap-  
 petitum iustum creaturæ rationalis, unde cum  
 beati habeant inclinationem & appetitum ad  
 cognoscenda ea quæ pertinent ad proprium sta-  
 tum, ea debent in verbo cognoscere.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio.  
 Beatus tripliciter potest considerari: primò ut  
 est elevatus ad ordinem gratiæ, secundò ut est  
 pars universi, tertiò quatenus est talis persona  
 particularis, & quatenus est vel fuit in tali di-  
 gnitate constitutus; puta Rex, Summus Pon-  
 tificex, Patriarcha Religionis, paterfamilias &c.  
 Et secundum hanc triplicem considerationem  
 diversa appetit cognoscere objecta. Primo enim  
 modo petit cognoscere mysteria fidei; ut gra-  
 tiam, lumen gloriæ, suam prædestinationem,  
 mysterium Incarnationis, Eucharistiæ, &c. Se-  
 cundo modo petit cognoscere species & natu-  
 ras, ac partes principales huius universi, ut  
 Angelos, cælos, elementa &c. Tertiò modo pe-  
 tit cognoscere ea quæ pertinent ad suum sta-  
 tum: v.g. D. Gregorius, quia fuit Summus Pon-  
 tificex, appetit cognoscere ea quæ pertinent ad  
 statum præsentem vel futurum Ecclesiæ, S. Do-  
 minicus ea quæ pertinent ad statum sui ordinis,  
 S. Ludovicus ea quæ pertinent ad statum Regni  
 Franciæ: unde cum in beatitudine sit perfecta  
 quies, & integra satietas omnium iustorum de-

teriorum, dicendum est beatos cognoscere in  
 verbo non solum mysteria fidei; & partes prin-  
 cipalio res huius universi, sed etiam ea quæ per-  
 tinent ad proprium ipsorum statum.

Ex quo inferes, quod Beatissima Virgo mul-  
 to plura videt in verbo, quam alii sancti, quan-  
 tum ad preces & cognitiones hominum: cum  
 enim sit Advocata fidelium, & Mater miseri-  
 cordiæ, debet ut in pluribus videre statum fide-  
 lium, ut eis prodesse possit. Videre autem om-  
 nia futura contingentia, & omnes actus liberos,  
 & cogitationes cordis, pertinet ad solum  
 Christum, qui cum sit constitutus à Deo iudex  
 omnium hominum, quia filius hominis est, ut  
 dicitur Joan. 5. debet cognoscere omnes homi-  
 nes iudicandos, & singulos eorum actus, cum  
 omnibus circumstantiis, ut possit de illis rectum  
 proferre iudicium. Ut docet S. Thomas 3. parte  
 quaest. 10. art. 2. ubi sic discurrit: *Vnusquisque in-  
 tellectus creatus in verbo cognoscit; non quidem om-  
 nia simpliciter, sed tanto plura, quanto perfectius vi-  
 det verbum. Nulli tamen intellectui beato deest, quin  
 cognoscatur in verbo omnia quæ ad ipsum spectant. Ad  
 Christum autem & ad eius dignitatem spectant quo-  
 dammodo omnia, in quantum ei subiecta sunt om-  
 nia. Ipse etiam est omnium iudex constitutus à Deo,  
 quia filius hominis est, ut dicitur Ioan. 5. Et ideo anima  
 Christi in verbo cognoscit omnia existentia secundum  
 quod de quocumque tempore, & etiam hominum cogitatio-  
 num, quorum est iudex: ita ut quod de eo dicitur Ioan. 2.  
 Ipse sciebat quid esset in homine, potest intelligi non  
 solum quantum ad scientiam divinam, sed etiam  
 quantum ad scientiam animæ eius quam habet in verbo.*

Dices, Si quilibet beatus in verbo cognosce-  
 ret ea quæ pertinent ad proprium statum, seque-  
 retur minus beatus, interdum in verbo plura  
 cognoscere, quam magis beatus; quia po-  
 test contingere quod plures creaturæ ad eum  
 statum pertineant, v. g. si sit fundator alicujus  
 Religionis: Sed hoc videtur absurdum, cum e-  
 nim quò plures creaturæ in verbo videntur, eò  
 visio beatifica sit perfectior, repugnat quòd mi-  
 nus beatus plures creaturas in verbo cognoscat,  
 quam magis beatus.

Respondeo primò negando sequelam Majoris,  
 quia in tali casu compensatur visio illa tot  
 individuum quæ ab illo fundatore videntur,  
 visione aliorum quæ vel erunt in æquali nume-  
 ro, ut sic æquatur visiones; vel licet forsitan in  
 numero superentur, illa tamen in perfectione  
 excedent.

Respondeo secundò, concessa Majori, negan-  
 do Minorem, ad cuius probationem, dicendum  
 est, dupliciter creaturas posse cognosci in verbo:  
 proximo ex vi luminis gloriæ, ut penetrantis  
 divinam essentiam & omnipotentiam, quo pacto  
 cognoscuntur in verbo creaturæ possibiles,  
 ut supra ostendimus: secundò ex vi luminis glo-  
 riæ, ut eminenter quodammodo continet lu-  
 men propheticum, & habet vim manifestandi  
 per modum revelationis, ea quæ Deus libere  
 vult manifestare, ut exposuimus art. 3. Cognos-  
 cere ergo plures creaturas in verbo primò mo-  
 dò, arguit excessum in beatitudine essentiali, &  
 in clara Dei visione; secus autem cognitio crea-  
 turarum in verbo, secundò modò, & ex vi re-  
 velationis, quo pacto cognoscuntur à quolibet  
 beato ea quæ pertinent ad proprium statum;  
 imò, ut statim dicemus, probabile est beatos  
 plura ad proprium statum pertinentia per re-  
 velationem extra verbum cognoscere.

99 Probatum ergo secunda pars, contra aliquos A  
qui docent beatos omnia quae ad eorum statum  
pertinent in verbo cognoscere. Si beati in ver-  
bo viderent omnia quae pertinent ad eorum sta-  
tum, ea scirent ab initio beatitudinis, & non per  
successionem temporum, cum visio beata sit im-  
mutabilis, & tota simul, & non crescat per suc-  
cessionem, ut sequenti disputatione dicemus.  
At constat Angelos, circa ea quae accidunt re-  
gionis, vel provinciis, vel hominibus suae curae  
commissis (quae utique ad proprium illorum sta-  
tum pertinent) non semper omnia scire à princi-  
pio beatitudinis, sed dari locutionem, & illumi-  
nationem inter ipsos Angelos, ut docetur in  
Tractatu de Angelis, & constat ex Danielis 10.  
tibi Angelus Persarum; & Angelus Judaeorum,  
dicuntur inter se altercati, pugnare, & litigare  
(contrarietate rerum, non voluntatum, ut expli-  
cat S. Thomas infra quaest. 113, art. 2.) quia scilicet  
adhuc illis ignota erat voluntas divina cir-  
ca liberationem Judaeorum. Ergo beati non vi-  
dent in verbo omnia quae pertinent ad illorum  
statum, sed aliqua extra verbum per revelatio-  
nem cognoscunt.

100 Confirmatur, & magis illustratur haec veri-  
tas, egregio D. Thomae testimonio desumpto ex  
4. sent. dist. 49. quaest. 2. art. 5. ad 2. ubi sic habet:  
*Nihil prohibet dicere quod post diem iudicii, quando  
gloria hominum & Angelorum erit penitus consum-  
mata, omnes beati scient omnia quae Deus scient à vi-  
sionis novit; ita tamen quod non omnes omnia videant  
in essentia divina, sed anima Christi ibi plene videbit  
omnia, sicut & nunc videt; alij autem videbunt ibi  
plura vel pauciora, secundum gradum quo Deum cog-  
noscent; & sic anima Christi, de his quae praeter alij vi-  
det in verbo, omnes alias illuminabit. Unde dicitur  
Apocalypsis 21. quod claritas Dei illuminat civitatem  
beatorum, & lucerna eius est agnus. Et similiter An-  
geli superiores illuminabunt inferiores, non quidem  
nova illuminatione, ut scientia inferiorum augeatur  
per hoc, sed quadam continuatione illuminationis, sicut  
si intelligatur quod sol quiescens illuminat aërem.*  
Quibus verbis clarissime docet, quod beati post  
diem iudicii, multa quae pertinent ad abundan-  
torem gloriam, videbunt formaliter in verbo;  
quaedam vero extra verbum, ut pertinentia ad  
gloriam accidentalem, per illuminationes quae  
sunt à superioribus, praesertim ab anima Christi,  
vidente in verbo omnia quae Deus cognoscit in  
seipso per scientiam visionis. Unde Caietanus 2.  
2. quaest. 83. art. 4. dicit aliquid posse cognosci  
per visionem beatam dupliciter. Primo forma-  
liter, & hoc modo cognoscitur à beatis quid-  
quid vident initio suae beatitudinis. Secundò  
causaliter, quatenus ex scientia beata, tanquam  
proprietas resultat scientia inferior, quae infusa  
dicitur, per quam cognoscunt successivè quid-  
quid per illuminationem excipiunt. Altero ergo  
ex his duobus modis cognoscunt beati in  
patria quae pertinent ad proprium statum, ac  
proinde omnes preces ac orationes ad ipsos fu-  
sas, vel fundendas. Unde quando D. Thomas  
dicit 3. p. quaest. 10. art. 2. quod nulli beato deest,  
*quin cognoscat in verbo omnia quae ad ipsum spectant,*  
intelligi debet, beatum ea in verbo cognoscere,  
vel formaliter, vel causaliter. Vel etiam dici po-  
test, illum loqui de his quae spectant ad statum  
beati directe & per se, qualia sunt ea quae in ipso  
beatitudinis statu ipse agere debet (haec enim  
probabile est, beatos in verbo videre) non au-  
tem de his quae per accidens tantum & indire-

ctè ad ejus statum pertinent, qualia sunt ea quae  
apud nos aguntur, & orationes quae ad eos fiunt,  
aut personarum quae illorum patrocinio & custo-  
dia committuntur; nam illa omnia non videntur  
à beatis in verbo, sed extra verbum, per speciales  
revelationes, multò probabilius est; ut sic detur  
locus in multis consultationi divinae sapientiae,  
& illuminationi superiorum Angelorum ad in-  
feriores.

## §. II.

*Altera difficultas resolvitur, & declaratur, quoniam  
sunt causae, à quibus provenit diversitas videndi  
creaturas in verbo.*

Dico quartò: Causa cur plures vel pauciores  
creaturae possibiles, à beatis in verbo vi-  
deantur, sumitur ex majori vel minori inten-  
tione luminis gloriae: ratio verò cur haec creaturae  
possibiles in particulari potius quam aliae cog-  
noscantur, peritur ex ipsa natura creaturarum;  
quia quaedam sunt de se latentes, quaedam  
manifestiores; & ita quaedam majori luminis pro-  
portionatae sunt, quaedam minori.

Prima pars conclusionis sequitur ex princi-  
pijs supra statutis: Cum enim creaturae possibi-  
les, in essentia divina tanquam in causa, & me-  
dio prius cognoscere videantur; ratio videndi plu-  
res vel pauciores creaturas possibiles, est major  
vel minor penetratio divinae essentiae, primario  
cognitae: Sed major vel minor divinae essentiae  
penetratio, oritur ex majori vel minori inten-  
tione luminis gloriae: Ergo causa cur plures vel  
pauciores creaturae possibiles à beatis in verbo  
videantur sumitur ex maiori vel minori inten-  
tione luminis gloriae.

Secunda pars docetur à D. Thoma quaest. 2.  
de verit. art. 4. ad 12. ubi loquens de cognitione  
creaturarum possibilium in verbo, dicit: *Quae-  
dam sunt latentes, quaedam manifestiores; & ideo  
ex visione divina essentiae quaedam cognoscuntur, quae-  
dam non. Ratio etiam id suadet. Ita enim se habet  
causa ad manifestandum effectus; sicut princi-  
pium ad inferendas conclusiones; unde sicut ex  
principijs demonstrationis statim aliqua con-  
clusiones eliciuntur; quaedam vero non nisi per  
multa media, quia sunt ab illis magis remotae:  
ita etiam quidam sunt effectus in divina essentia  
manifestiores, quia ea visa, statim cognoscuntur  
à lumine gloriae, quamvis remisso; alij verò la-  
tentes, qui ut videantur indigent lumine glo-  
riae magis intenso, & divinam naturam intimius  
penetrante.*

Qui verò effectus manifestiores, & qui laten-  
tiores sunt, variè ab Authoribus explicatur. Alij  
qui existimant creaturas esse latentes, vel  
manifestiores, ob majorem vel minorem perfe-  
ctionem & essentiam. Alij, ob majorem vel mi-  
norem convenientiam & similitudinem cum  
Deo. Alij sentiunt, illos esse effectus manifestio-  
res, qui majorem habent proportionem cum in-  
tellectu, & modo intelligendi beatorum; laten-  
tiores autem, qui magis ab hac proportionem re-  
cedunt. Alij denique dicunt, illam creaturam  
debere dici latentem in Deo, & requirere  
perfectius lumen ut videatur, quae cognoscitur  
non solum quoad an est, & quali superficialiter,  
sed etiam quoad quid est, & penetrando omnes  
rationes intelligibiles, secundum quas subest  
divina providentia.

Dico quintò: Causa proxima, & intrinseca,  
à quibus provenit diversitas videndi has creatur-  
as existentes vel futuras in verbo, potius quam  
alias,